IOANNES CASIMIRVS

DEI Gra REX Poloniae, Magn. Dux Lithvae, Russ., Prus., Masq., Sam., Liv., Smol., Czerq. necnō Svec., Gott., Vandalq. hrius Rex

Significamus praesentibus lris Nostris quorum interest vniuersis & singulis Quod prout Serenissimus olim Vladislaus IV. Frater, & Praedecessor Noster Charmus.
speciali Privilegio suo Varsauiae die XVI. Mensis Ianuarij. Anno M D C XLVII. emanato Famatum BLASIVM SZMARZOWSKI Civem, & Mercatorem Cracovien.
in Servitorem suum receperat, ac cooptauerat; Ita & Nos commendatam habentes eius fidem, integritatem, & in rebus gerendis dexteritatem, promptumq. Nobis inserviendi studium
faciendum duximus, vt ipsum in patrocinium, & protectionem Nram quoq. Regiam, ac numerum Factorum, & Servitorum Nrorum adsciscremus, & assumeremus, prout quidem ad-
sciscimus, & assumimus hisce literis Nostris, dantes, & concedentes illi plenariam potestatem, ac omnimodam facultatem omnibus iuribus, libertatibus, praerogatiuis, & immunitatibus
Servitores Nros de iure, vel antiquitas recepta consuetudine concernentibus gaudendi, ac vtifruendi ad extrema vitae suae tempora. Quo vero facilius, comodiusue negotijs Nris insi-
stere possit, eundem a gerendis quibusuis Officijs, ac praesertim Tutorijs administrandis, alijsq. munijs quae ipsi obstaculo ad obsequia Nobis reddenda esse possint, liberum, atq. immunem
esse volumus, & hisce Privilegij Nostri literis pronunciamus, nisi eadem sponte, libereq. assumere, & administrare velit. Insuper ipsum ab oneribus quibusuis, & grauaminib. insolit., quocunq.
nomine appellatis, nec nō a iurisdictione quorumuis Magistratuu Palatinalium, Terrestriu, Castren., & Civilium in Regno, & Dominijs Nris existium eximimus, exemptumq. ab omni po-
testate eorum esse volumus, ita vt in omnibus causis, & actionibus iudiciarijs [exceptis solummodo fundi, & Contractus] nulli alteri iurisdictioni praeterquam Nrae, & Marschalcorum Nro-
strorum Regni, Mag. Duc. Lith. & Curiae Nrae subsit, & pareat. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero praefectorum Magistratuu, nec non Magistratus Civilis Cracow
ad notitiam deducimus, ijsq. mandamus, vt dictum Famatum BLASIVM SZMARZOWSKI pro vero & indubitato Servitore Nro habeant, & agnoscant, circaq.
praerogatiuas, ac immunitates omnes tam supra expressas, quam alias quasuis Servitoribus Nris modo quocunq. competentes firmiter, [illegible] neant
ab alijsq. conseruari, ac manuteneri faciant Pro gratia Nra. In quorum fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni muni[illegible]
Mensis Martij. Anno Domini M D C L I. Regnorum Nostrorum Poloniae III. Sueciae vero IV. Anno.

Ioannes Casimirus Rex

Albs Radzidloas
Secs Regi Mtatis

Renouatio Seruitoratus Fam: Bla
sio Smarzowski Ciui et Mercatori Crac

Renovatio Servitoratus N. Smarzewski Civi Crac: a Serenissimo
[illegible] Casimiro Rege Poloniae et Sueciae

Dypl. 428

CA